una pars cardinalium, parte altera nesciente, istum ui summum pontificem elegerunt; pars autem minor cardinalium pro justa eleccione, discernens eleccionis deceptionem videndo pro meliori postea tali eleccione consensit non voluntarie sed timore. Hic multas pecunias cumulatas paparum Johannis et Benedicti inter suos consanguineos et regem francie dispersit male, - . . . . . multociens cumulerat probum viventi. Hic autem confirmat omnes processus factos per papam Johannem contra lodovicum de bauaria; hic etiam coronat in Auinione ui imperatorem Karolum de bohemia, vivente ipso lodowico, pro ipsius bauari detrimento. Hujus eciam tempore fuit magna mortalitas per universum orbem. Hic fecit plures cardinales quasi omnes consanguineos. Hic autem moritur Auinione successit innocencius VI. hujus . . . . . veniam anni C ad annos L. de qua venia magnum cumulavit thesaurum.

NB. Randglossen von einer beinahe ganz ähnlichen Hand des 15. Jahrh. f. 10^c 11^b 11^c 12^b 13^b 13^c 14^c 16^c 17^b (bellum campestre primum) 18^b 21^b 23^b 23^c 27^b 58^c 103^b.